

Urbanus Papa VIII. universis christifidelibus presentes literas inspecturis salutem, et Apostolicam benedictionem.

Celestium munerum thesauros, quorum dispensatoris esse nos voluit Deus, libenter illi impertimus, quos pro sua in Deum, et in proximos charitate, et christiana religionis zelo animarum salutem, omni studio procurare intelligimus. Quo in genere cum Societati Jesu religiosi habeamus, eosque imprimis, quos dilectus filius Mutius Willelmus eiusdem Societatis Jesu Praepositus generalis ob hanc causam hoc ipso, et consequentibus annis in diversas christiana Republica Provinciae mittere constituit. Nos sane eorundem religiosorum pietatem et operam, eorumque ad quos illi mitteri erunt religionem, et deuotionem spiritualibus gratijs, prout alios per nostras in simili forma breuis expeditio literas ad tempus iam elatum fecimus conuenire, atque augere cupientes eiusdem Mutij Praepositi generalis precibus humiliter nobis super hoc prorectis inclinatis, quam que illius deliberationem, quantum cum Domino possumus promouere cupientes de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi. Omnibus et singulis dicta religionis Religiosis miseris, et alijs vniuersis sexus christi fidelibus, ad quos ipsi mitteri acceperint nostram et Apostolicam benedictionem per praesentes impertimus nec non eisdem vere penitentibus et confessis, ac saepe a comunione receptis, qui pro sancta Romana ecclesia exaltatione, Principum christianorum unione, in fidelium conversione, haereticum extirpatione prout vniuersis suggeret deuotio pioy ad Deum praesens effuderint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem auctoritate Apostolica tenore praesentium pro vna vice duntaxat concedimus, et largimur. Hortantes venerabilibus Fratres Pastores, Primates, Archiepiscopos, et alios ecclesiarum Dei Praelatos, et rectores ac verbi Dei praedicatorum, ut in suis quibus ecclesijs, cum populus praesentior fuerit praesens literas, ac omnia in eis contenta publicis, et publicari faciant, ac omnem eidem Religiosi laborem, et auxilium in praemissis praestent. volumus autem quod praesentium translationem impressis manu alicuius notarii publici, seu dictae Societatis secretarij subscriptis, et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constituta, seu Praepositi generalis eiusdem Societatis ob signatis, eadem praesens fidei adhibeatur, qua praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel osense. Praesentibus ad septimum tantum valituris. Dat. Romae apud S. Mariam maiorem sub annulo Piscatoris die vigesimo octavo Augusti M. DC. XXXII. Pontificatus nostri Anno Decimo.

M. A. Maraldus

Roma.

+  
Juan de la Cruz  
- no 1.º -